Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



desiderantis; misericor
diam filij tui pas
sione respiremus. Per eum
dem. Vsque. Phe
illis. Dixit ysaias. Do
minus deus aperuit
michi aurem. ego autem
non contradico. retrorsum
non abij. Corpus meum
dedi percientibus. et genas
meas vellentibus. Faciem
meam non auertj
abscondentibus. et con
spuentibus in me. Do
minus deus auxilia
tor meus. et ideo non sum
confusus. Ideo posui fa
ciem meam ut petram
durissimam. et scio quia
non confundar. Iuxta
est qui iustificat me.
quis contradicet mihi?
Stemus simul. Qui
est aduersarius meus?
accedat ad me. Ecce
dominus deus auxiliator
meus. quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum
conterentur. tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum audiat
vocem serui sui? Qui
ambulauit in tenebris
et non est ei lumen. Speret in nomine domini.
et innitatur super deum
no deo suo. Graduale.